FORMVLARIVM VARIARVM COMMISSIONVM, ARTICVLORVM, EXCEPTIONVM, INTERROGATORIORUM, Petitionum ſententiarum, & appellationum.

CVI ADIECTVS EST TRACTATVS DE DEVOLUTIONE cauſarum, ac ordinis iudiciarij.

Item practica ſignaturæ Iuſtitiæ, circa commiſſionem cauſarum quæ in Romana Curia committuntur.

Omnia ſumma cura & diligentia nuperrimè caſtigata.

Aduocatis & procuratoribus in Eccleſiaſtico foro verſantibus maxime neceſſaria.



Venetijs. Excudebant Egidius Regazola, & Dominicus Caualcalupus ſocij. M D LXX.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

DE DEVOLVTIONE CAVSARVM AD ROMANAM CVRIAM SECVNDVM IVRA COMMVNIA ET VERAM PRACTICAM.

TRACTATVS.

DVPLEX eſt modus deuoluendi ſiue trahēdi cauſas ad curiam Romanam ut in ipſa curia tractentur. Vnus per cōmiſſionē factā in cu. cum poteſtate citandi extra cu. Sed iſto mō inter beneficiales & non beneficiales nulla ē differētia poſtq̄ cōmiſſę sūt niſi in diuerſitate modi procedēdi & obſeruatiōibus terminorū prout infra dicet, licet leuius & facilius cāę beneficiales ēt nō deuoluūtę p̄ appellationē cōmittantur in cur. q̄ alię, & inter alias citius cāę ſpirituales & eccleſiaſticæ quàm profanę, & inter profanas citius illę quæ uertuntur inter clericos quàm inter laicos. Sed poſtquam placet papę nulla eſt differentia niſi in modo procedendi & obſeruatione terminorum. ut infra.

Alius eſt modus deuoluēdi per appellationem. Et iſto modo magna eſt differentia inter beneficiales & nō beneficiales, q̄a beneficiales per quancunque appellationē interpoſitam ad ſedem apoſtolicam deuol uuntur ad Roma. curiam dummodo dicta appellatio interponatur iuxta formam cle. cauſam. de elec. ſ. quando interponitur in pręſentia appellati, uel eius procuratoris ſpecialiter in cauſa illa conſtituti, aut eorū alteri infra mēſem ab interpoſitione ipſius uel poſtea quàm cito poteſt cōmodè intimetur appellato, uel procuratori prædicto data ſibi ſcriptura autentica, uel publicato ſibi tenore appellationis cum copia ſibi tradita ſi petita fuerit. alioquin in abſentia appellati uel procuratoris talis appellatio intimanda eſt in domo habitationis illius appellati, uel ſi domus eſt in remotis in eccleſia cathedrali in cuius ciuitate uel diœceſi ſitum eſt beneficiū de quo agitur. Et utroque caſu nihilominus eſt intimanda in eccleſia uel beneficio de quo agitur, & ſemp̄ eſt danda copia appellationis quādocūque petita fuerit. Et hoc eſt uerum ꝙ ſic debet intimari niſi eſſet metus appellati uel ſuorū tūc. n. ſufficit ꝙ intimatio fiat in aliquo loco publico, ubi in abſentia appellati uel citandi debeat fieri intimatio appellationis ſeu citationis de quo ueriſimile ſit ꝙ ueniat ad notitiam appellati.

Item eſt ſciendū ꝙ ſi aliena appellatio debet intimari alicui habenti parrocchialē eccleſiam uel aliud beneficium curatū, requirens reſidentiā de iure, tunc in abſentia appellati uel citādi ſufficit ꝙ intimatio uel citatio fiat in eccleſia cathedrali, & in eccleſia ſiue beneficio curato, & non in aliqua alia domo habitationis. Vide ad præmiſſa deci. Ro. de commiſ. quæ incipit. Item uoluerūt. & de citati. quę incipit. item in cauſa beneficiali. de appell. io in no.

Alię verò cauſę nō beneficiales ſiue ſint ſpirituales ſiue eccleſiaſticę ut de vſuris decimis de matrimonio, & de ſimilibus, ſiue merè profanæ, & tunc ſiue ſint inter clericos ſiue inter laicos uia appellationis dumtaxat non deuoluntur ad Romanā curiam, niſi ſecundùm formam diſtitionis infraſcriptæ. Nam aut appellatur ante ſententiam diffinitiuam, aut poſt. Si ante, aut appellatio eſt recepta à iudice uel approbata à parte: aut non eſt recepta à iudice uel approbata à parte. Primò caſu, aut nullus terminus fuit ſtatutus ab homine ſcilicet à iudice uel appellante. Et tunc ſufficit quòd appellatus mittat

REGESTVM·

¶ A B C D E F G H I K L M N

O P Q R S T V X.

Omnes ſunt Quaterniones præter X Duernionem.

VENETIIS,

Excudebant Egidius Regazola, & Dominicus Caualcalupus ſocij.
Anno Domini. M D L X X.